DE NECHEPSONIS-PETOSIRIDIS ISAGOGE QUAESTIONES SELECTAE

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
CONSENSU ET AUCTORITATE AD SUMMOS IN
PHILOSOPHIA HONORES IN UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA SILESIACA
RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

CAROLUS DARMSTADT
HASSUS

PROMOTIO FACTA EST
DIE X MENSIS MAII ANNI MCMXVI

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXVI

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit

GUILELMUS KROLL

Examen rigorosum habitum est die XXIII mensis Iunii anni MCMXV

Dissertatio integra prodibit in commentationibus quae inscribuntur

ΣΤΟΙΧΕΙΑ

Studien zur Geschichte des antiken Weltbildes und der griechischen Wissenschaft

herausgegeben von Franz Boll

Druck und Verlag B. G. Teubner in Leipzig und Berlin

GUILELMO KROLL

SACRUM

CONSPECTUS

A. EDITIONUM

Antioch.: Excerpta ex Antiochi Thesauris (et ex Heliodoro). Cat. VII p. 107 ss.

Antioch. Isag. Sum[marium]: *Τῶν Ἀντιόχου Εἰσαγωγικῶν συγκεφαλαίωσις.* Cat. VIII 3 p. 111—119.

Antioch. — Rhetor. [1]): *Ῥητορίου ἐκ τῶν Ἀντιόχου Θησαυρῶν ἐπίλυσις καὶ διήγησις πάσης ἀστρονομικῆς τέχνης.* Cat. I p. 142 ss.

Antioch. — Rhetor. Sum.: *Συγκεφαλαίωσις τῶν Ἀντιόχου Θησαυρῶν οἵτινες ἐπιλύσεις καὶ διηγήσεις τῆς ἀστρονομικῆς ἐπαγγέλλονται τέχνης.* Cat. VIII 3 p. 104—11.

Cat.: Catalogus codicum astrologorum Graecorum ed. ab Franc. Boll, Franc. Cumont, Guil. Kroll, Alex. Olivieri, aliis viris doctis. Adhuc volumina undecim. Bruxellis 1898—1912.

Doroth.: Dorothei Sidonii fragmenta metrica a Guil. Kroll collecta. Cat. VI p. 90—113.

Ps.-Erat.: Pseudo-Eratosthenis Catasterismi ed. A. Olivieri Lps. 1897.

Firm.: Iulii Firmici Materni matheseos libri VIII. Ed. W. Kroll et F. Skutsch (Fasc. prior Lps. 1897) in operis societatem assumpto K. Ziegler (fasc. alt. Lps. 1913).

Heph.: Hephaestion von Theben und sein astrologisches Compendium. Ein Beitrag z. Gesch. d. griech. Astrologie von Aug. Engelbrecht. Wien 1887. i. e. Hephaestionis operis liber I. Accedunt:

Heph. Oliv.: Frammenti dell' astrologia di Efestione Tebano nel cod. Laurenz. 28, 34. ed. A. Olivieri in: Studi italiani di filol. class. VI 1898 p. 1 ss.

Heph. Ruelle: *Ἐκ τῶν Ἡφαιστίωνος τοῦ Θηβαίου ἀποτελεσματικῶν καὶ ἑτέρων παλαιῶν* ed. C. Aem. Ruelle Cat. VIII 2 p. 38 ss.

Hermipp.: Anonymi christiani (Ioannis Catrarii) Hermippus. De astrologia dialogus ed. G. Kroll et P. Viereck. Lps. 1895.

Maneth.: *Μανέθωνος ἀποτελεσματικά* ed. Arm. Koechly in: Poetae bucol. et didact. ed. Ameis, Lehrs etc. Paris 1851.

Manil.: M. Manilii Astronomica ed. Jacobus van Wageningen. Lipsiae 1915.

Nech. Pet. frg.: Nechepsonis et Petosiridis fragmenta magica ed. Ernestus Riess. Diss. Bonnae 1890. Fragmenta ipsa in Philol. Suppl. VI 1891—93 p. 325—94.

Brit. Pap.: Pap. num. 98, 110, 130 in: Greek Papyri in the British Museum. Catalogue with texts edit. by F. G. Kenyon vol. I Lond. 1893.

Oxyrh. Pap.: Pap. num. 235 in: The Oxyrhynchus Papyri edited by B. P. Grenfell and A. S. Hunt. Part II. Lond. 1899 p. 137 ss.

---

1) Si duos auctores linea coniungo, priorem a posteriore excerptum esse significo. Anonymum quendam ex Ptolemaeo hausisse verisimile esse significo sic: Ptol.?-Anon.

Paul. Alex.: Pauli Alexandrini *Εἰσαγωγικὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικήν* ed. Andr. Schato Witebergae 1588.

Porph.: *Πορφυρίου φιλοσόφου Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ Πτολεμαίου* ed. Hier. Wolf Basil. 1559 p. 181—204.

Ptol.: *Κλαυδίου Πτολεμαίου Πηλουσιέως τετράβιβλος σύνταξις πρὸς Σύρον ἀδελφόν* ed. Ioach. Camerarius Norimbergae 1535.

Ptol.-Com.: *Εἰς τὴν τετράβιβλον τοῦ Πτολεμαίου ἐξηγητὴς ἀνώνυμος* ed. Hier. Wolf Basil. 1559 p. 1—180.

Sext. Emp.: Sextus Empiricus: *πρὸς μαθηματικούς. E: πρὸς ἀστρολόγους.* Rec. J. Bekker, Berol. 1842.

Vett. Val.: Vettii Valentis Anthologiarum libri. Primum edidit Guil. Kroll Berol. 1908.

B. LIBRORUM SAEPIUS ADHIBITORUM

Boll Sph.: Boll, Fr.: Sphaera. Neue griech. Texte und Untersuchungen zur Gesch. d. Sternbilder. Lpz. 1903.

B.-L.: Bouché-Leclercq, A.: L'astrologie Grecque Paris 1899.

Kroll N. J.: Kroll, W.: Aus d. Geschichte d. Astrologie. Neue Jahrb. f. d. klass. Altert. VII 1901 p. 559 ss.

P.-W.: Paulys Real-Encyclop. d. klass. Altertumswiss. Neue Bearbeitung. Begr. von G. Wissowa, herausg. von W. Kroll Stuttgart 1894 ss.

Roscher Lex.: W. H. Roscher: Lexikon d. griech. u. röm. Mythologie. Lpz. 1884 ss.

PRAEFATIO

Babylonios primos fuisse, qui antiquissimis temporibus cursum planetarum observaverint et de futuris vaticinati sint, ab iisque has superstitiones ad ceteros antiquos populos viam fecisse nunc constat.[1]) Idem solis circuitum in duodecim aequales partes primi diviserunt et signa in eas distribuerunt; sed qualis fuerit forma zodiaci eorum nondum satis decretum est.[2]) Has res Aegyptii et Graeci mutuati sunt; neque vero quantum uterque populus ab auctoribus illis ipsis sumpserit aut alter per alterum interpretem cognoverit, semper diiudicari potest.

Astrologiae autem Babyloniae testimonia ad hoc tempus servata nihil aliud sunt nisi prima vestigia et doctrinae initia, in quibus Luna potissimum multum valuit.[3]) Testimonia ipsa, quae omnia nihil nisi vaticinia praebent, imprimis in bibliotheca Sardanapalis regis (a. 668—26) inventa sunt et sequuntur exempla, quae fortasse tempora ca. saeculum XX a. Chr. n. attingunt. Neque vero ullum opus illis temporibus ortum, quo de disciplinis astrologorum agitur, adhuc ibi inventum est. Contra omnes fere libri servati, quibus de principiis astrologicis edocemur, ex imperatorum Romanorum demum temporibus scripti sunt. Sed eorum auctores multa praecepta ita tradunt, ut iam ante eorum tempora doctrinas et rationes astrologicas illas inventas esse et testes nostros eas

1) A. Häbler, Astrologie im Altert. Progr. Zwickau 1879 p. 6. — Kroll N. J. p. 559. — Boll, Sph. p. 372 et: Die Erforschung d. antiken Astrologie, in: Neue Jahrb. f. d. klass. Altert. XXI 1908 p. 118. — Arth. Ungnad, Babylonische Wahrsagekunst; Halbmonatshefte d. deutschen Rundschau 1908—09 Bd. II p. 267 ss. — C. Bezold, Astronomie, Himmelsschau und Astrallehre bei den Babyloniern: Sitzb. d. Heidelb. Ak. d. W. Phil.-hist. Kl. 1911 Abh. 2 p. 19 ss. — Roscher, Lex. III 2, 2529.

2) De controversiis cf. Boll Sph. p. 181—208.

3) Exempla apud R. C. Thompson, The reports of the magicians and astrologers of Niniveh and Babylon. Lond. 1900. I. Cuneiform texts. II. English translation. Quorum pars quaedam Germanice versa est ab Arth. Ungnad, Die Deutung d. Zukunft bei d. Babyloniern und Assyriern: Der alte Orient X 3, 1909 p. 20 ss. — Ex his Babyloniorum ipsorum scriptis auctores Graecos hausisse nunc C. Bezold et Fr. Boll dilucide probaverunt: Reflexe astrologischer Keilinschriften bei griechischen Schriftstellern: Sitzb. d. Heidelb. Ak. d. W. 1911. Phil.-hist. Kl. Abh. 7. — cf. etiam C. Bezold: Astronomie, Himmelsschau etc. ibid. p. 17.

recepisse, interdum propria et aliena addidisse perspicuum sit. Atque adeo in gravioribus quidem rebus inter se consentiunt, ut unum fuisse opus credamus, quod astrologi posteriores secuti sint. Cum inter eos, quos posteri appellant exemplorum auctores, nomina imprimis duorum Aegyptiorum, qui dicuntur Nechepso et Petosiris[1]), praedicentur, hos interpretes disciplinae fuisse quasi certum est.[2])

Quorum personae tenebris involutae sunt, sed opus illud circa annum 150 a. Chr. n. Alexandriae compositum esse nunc inter omnes constat.[3]) Unum tantum astrologum auctorem librorum fuisse Krollius (N. J. p. 577) coniecit, id quod ego quoque rationibus ibi allatis commotus credo. Itaque hunc astrologum ex omnibus eis elementis, quae iam antea in astrologorum usu erant, doctrinas illas et praecepta, quae apud posteros occurrunt et per multa saecula floruerunt, constituisse auctores nostri docent.

Aegyptii illius fragmenta, quae supersunt, ab Ernesto Riess collecta sunt. Nunc nonnulla accedunt, quae in 'Catalogi' voluminibus, quorum indices adeas, edita sunt. Sed in his fragmentis perpauca de astrologorum principiis invenis, quae e. g. in Iulii Firmici Materni matheseos[4]) (scr. a. 335—37) libro secundo, quem dicit librum institutionis (ut p. 46,8), exponuntur. Horum p r i n c i p i o r u m qualis fuerit forma a Nech.-Petosiride posteris tradita perscrutari meum est. Sed nonnullorum tantum principiorum corrigo. Olim enim omnia ea praecepta, de quibus Firmicus illo libro institutionis disserit, tractare in animo habui. Sed brevi tempore id fieri non posse cognovi, si res, quarum aliae ab aliis saepe seiungi non possunt, exhaurire vellem — quantum exhaurire possum. Itaque hoc mihi praeferendum esse putans nonnullas doctrinas elegi, eas, quae principia principiorum nominari possunt, et nunc offero id, quod de eis elaboravi.

Ratio inquirendi eis, quae iam dixi, efficitur. Ea, quae auctores

1) Etiam Chaldaei laudantur. Quod vel ideo haud multum valet, quod 'Chaldaei' saepe astrologi omnes nominati sunt. Conferas Bouché-Leclercq, L'astrologie Grecque, quem librum egregium solum nunc de astrologorum disciplinis adeas et semper de eis rebus, quas infra tractabo, conferas (nonnullos errores Krollius in recensione operis correxit: Götting. Gel. Anzeig. 1900 Bd. 2 p. 903 ss.) [*Σαλμεσχινιακῶν* vero quae dicuntur doctrinam a Nechepsone-Petosiride laudatam a Chaldaeis petitam et cum Berosso ipso arte coniunctam esse nuperrime probaverunt Bezold-Boll, Aufsätze zur Kultur- und Sprachgeschichte, E. Kuhn zum 70. Geburtstage gewidmet, 1916 (sub prelo) — F. B.].

2) Kroll N. J. p. 569. Boll Neue Jahrb. XXI p. 106: jenes umfangreiche Werk des Nech.-Petosiris . . . . . ist recht eigentlich die Astrologenbibel, die man fortgesetzt kommentiert und umschreibt. — cf. Bezold u. Boll, Reflexe p. 13.

3) Kroll N. J. p. 569—77 et Boll Cat. VII p. 130.

4) De Firmico cf. praefat. editionis volum. II init. et Boll P. W. VI 2365 ss.

nostri de doctrinis singulis exponunt, comparamus et omnia, de quibus inter se consentiunt, enucleamus: haec Nech.-Petosiridis operi attribuimus. Cetera omnia postea inventa et cum eius doctrina coniuncta esse suspicamur.

In capitibus singulis illa praeponuntur et haec litteris minoribus impressa adiunguntur.

Cum illo Firmici libro secundo, quem sequor, maxime haec scripta comparata sunt:

1. Fragmenta Nech.-Petosiridis ipsa.

2. Omnia fragmenta et excerpta, quae appendicibus Catalogi codicum astrologorum Graecorum edita sunt. Quorum maior pars anonyma traduntur. Sed duos auctores, puto Teucrum Babylonium[1]), astrologum saec. I p. Chr. n., et Antiochum Atheniensem[2]), qui ci. a. 200 p. Chr. n. floruit, primum accuratius cognovimus praecipue eis excerptis, quae Rhetorius, compilator Aegyptius saec. VI, ex eis fecit.

3. Manilii[3]) astronomicon libri Tiberii aetate editi, quibus auctor de signis tantum, non de planetis egit.

4. Ptolemaei[4]) Tetrabiblos, qui summus astronomus Antoninis regnantibus dogmata astrologica — ratione non semper valde docta — causis physicis confirmavit.

---

1) cf. Boll Sph. p. 6 ss. et Cat. VII p. 192 ss., ubi id Teucri-Rhetorii caput, quo de duodecim signis agitur ex his tribus codicibus editum est: cod. Vindob. philos. gr. 108 (T; saec. XVI), quem editor Bollius praefert, cod. Berolin. gr. 173 (R; s. XV), cod. Vatic. gr. 191 (V; s. XIV); cf. infra append. I. — De Rhetorii capite altero p. 213 ss., quo auctor de septem planetis disserit, cf. infra append. I.

2) De Antiocho cf. nunc Boll, Das Kalendarium d. Antiochus, Sitzb. d. Heidelb. Ak. d. Wiss. Phil.-hist. Kl. 1910. I. Abt. 16 p. 7 ss. Antiochum non poetam fuisse persuasum habeo; aliter Arth. Ludwich cf. Cumont P. W. Suppl. I p. 92 n. 68, olim Boll Sph. p. 55, qui nunc coniecturam correxit l. l. [cf. etiam quae Petrus Boudreaux iuvenis diligentissimus, qui bello atrocissimo praemature studiis ereptus est, de hac quaestione scripsit Cat. VIII 3 p. 109, adn. — F. B.] Uno enim loco (Cat. I p. 108 ss.) excepto de Antiocho poeta nihil comperimus. Sed hos versus Antiochum ex poetae alicuius opere (fortasse Dorothei cf. Kroll Philol. 57 p. 126, 1) excerpsisse eosque postea Antiocho ipsi attributos esse credo. — Summaria Antiochi operum nunc edita sunt in Cat. vol. VIII 3: *Συγκεφαλαίωσις τῶν Ἀντιόχου Θησαυρῶν οἵτινες ἐπιλύσεις καὶ διηγήσεις τῆς ἀστρονομικῆς ἐπαγγέλλονται τέχνης*; sed ea ex Rhetorii excerptis facta est: p. 104—11 adn. 1 et *Τῶν Ἀντιόχου εἰσαγωγικῶν . . συγκεφαλαίωσις* p. 111 ss.

3) De Manilio cf. Teuffel-Kroll-Skutsch, Gesch. d. röm. Lit. vol. II. Lpz. u. Berl. 1910. p. 114 ss. — Praeter Wageningii et Breiteri editiones inspexi A. E. Housman (lib. I. London 1903) lib. II. Lond. 1912. Textus huius viri docti pluribus quam opus erat coniecturis deformatus esse mihi quidem videtur.

4) cf. Boll, Studien über Claudius Ptolemaeus. Ein Beitrag zur Gesch. d. griech. Philosophie u. Astrol. Jahrb. f. klass. Philol. Supplbd. XXI. 1894. p. 49 ss. De 'Quadripartito' et commentariis p. 111 ss.

5. Vettii Valentis[1]), Ptolemaei aequalis, Anthologiae.

6. Dorothei Sidonii[2]) fragmenta metrica (Cat. VI p. 89—113) et oratione pedestri transscripta.

7. Sexti Empirici[3]) (ci. a. 180?) tractatus, qui *πρὸς ἀστρολόγους* inscribitur.

8. Porphyrii, Platonici recentis (nati a. 232 uel 233), *Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν τοῦ Πτολεμαίου.*[4])

Hic libellus potius Isagoge in astrologiam universam dicitur (cf. infra append. II). — In ea parte commentarii, quae in Wolfii editione *Σχόλια ἐκ τοῦ Δημοφίλου* significatur (p. 194,1), nihil nisi hoc capitulum ipsum p. 194,1—12 ad Demophilum quendam, qui post Dorotheum Sidonium fuit, spectat.[5])

9. Manethonis *Ἀποτελεσματικά*, quorum libros II, III, VI, fundamenta libri I Alexandri Severi aetate — fortasse a Manethone —, librum IV Iuliani temporibus, reliquam partem libri I et librum V a diversis astrologis compositos esse Engelbrechtius (in edit. Heph. p. 37 ss.) disserit Koechlyum paulum corrigens.

10. Hephaestionis, qui imprimis Ptolemaeum excerpsit, opus astrologicum anno 381 editum tituli incerti.[6]) Librum primum Engelbrechtius edidit ex codicibus, qui epitomen tantum Hephaestionis disciplinae praebent. Conferas A. Olivieri: Frammenti dell' astrologia di Efestione Tebano nel cod. Laurenz. 28,34 (Studi ital. di filol. class. VI, 1898, 1 ss.) et Cat. I p. 90—93. Nunc varias lectiones et additamenta ad librum I e codicibus Paris. Gr. 2501 (Cat. VIII 2 p. 38 ss.) et Paris. Gr. Suppl. 651 (p. 135 s.) et partes librorum II, III e codice illo Paris. Gr. 2501 tantum Carolus Ruelle edidit.

11. Pauli Alexandrini *Εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελησματικήν* anno 378 edita. Cf. Fabric-Harles Bibl. Gr. IV 140.

Praeterea nos adiuvant:

12. quattuor papyri, quae horoscopos praebent

a) Oxyrhynch. Pap. num. 235 in The Oxyrh. Pap. vol. II p. 137 ss., quae horoscopum hominis cuiusdam inter annos 15 et 37 p. Chr. n. nati continet et ante a. 50 orta esse videtur.

---

1) cf. praefat. edit.

2) cf. etiam J. Heeg, Hermes 45 p. 315 ss. Kroll, Philol. N. S. XI, 1898. p. 129.

3) cf. Zeller, Die Philos. d. Griech. III 2[4]. 1903. p. 10 ss. 49 ss.

4) Alterum i. e. Anonymi commentarium: *Εἰς τὴν τετράβιβλον τοῦ Πτολεμαίου ἐξηγητὴς ἀνώνυμος* interdum tantum adhibui, cum magni momenti non sit.

5) cf. Boll, Berlin. philol. Wochenschr. 1898. p. 202.

6) cf. Engelbr. edit. p. 23, sed v. Kroll, Götting. gel. Anzeig. 1900. p. 907.

et tres papyri in 'Greek Papyri in the British Museum' vol. I editae, quarum

b) papyrus n. 130 (p. 132 ss.) saeculo I p. Chr. n. exeunte scripta est,

c) papyrus n. 98 (p. 126—130) horoscopum hominis cuiusdam a. 95 vel 155 nati continet,

d) papyrus n. 110 (p. 130—32) horoscopum a. 138 p. Chr. n. compositum servat.

13. nonnullae imagines, quae suis locis proferuntur.

CAPUT I

DE ZODIACO EIUSQUE DUODECIM SIGNIS

Zodiacus (ὁ ζῳδιακὸς κύκλος) vel signifer in omnibus scriptis astrologicis ea caeli regio nominatur, per quam duo lumina (φῶτα), Sol et Luna, et quinque stellae vel planetae (ἀστέρες—πλανῆται), Saturnus, Iuppiter, Mars, Venus, Mercurius cursus suos dirigunt.[1]) In utraque parte obliqui solis circuli is situs est eiusque trecentae sexaginta partes (μοῖραι vel gradus), quarum singulae sexaginta minuta (λεπτά) complectuntur, in duodecim aequales partes divisae sunt. Cum eis haec duodecim signa coniuncta sunt:

Aries — *Κριός*	Libra — *Ζυγός*
Taurus — *Ταῦρος*	Scorpius — *Σκορπίος*
Gemini — *Δίδυμοι*	Sagittarius — *Τοξότης*
Cancer — *Καρκίνος*	Capricornus — *Αἰγόκερως*
Leo — *Λέων*	Aquarius — *Ὑδροχόος*
Virgo — *Παρθένος*	Pisces — *Ἰχθύες*

Haec nomina sescenties invenis, sed conferas imprimis:

Manil. I 255—74.	Teuc.-Rhet. Cat. VII p. 194 ss.
Vett. Val. I 1 et 2 p. 1 ss.	Antioch. Rhet. Cat. I p. 142 ss.
Sext. Emp. cap. 5 p. 729.	Maneth. II 129—40.
Firm. II 1 p. 41	Heph. I 1 p. 46 ss.
Paul. Alex. Av—A4v.	

'Partem' id caeli spatium esse, quod Solis vel Lunae orbis complectatur, Thrasyllus, Tiberii astrologus[2]), et Firmicus (II 5 p. 46) tradunt.

Cum Aries apud omnes astrologos initium seriei signorum faciat[3]) eorumque nomina apud omnes inveniantur, etiam Nech.-Petosiridem eis

1) Hunc planetarum ordinem, qui intervallis eorum a terra exstantibus nititur et ἑπτάζωνος nominatur (Sat. Iupp. Ma. Sol Ve. Me. Lu.), omnes astrologi sequuntur. Nonnumquam Sol et Luna lumina illa praeponuntur cf. Boll P.-W. VII 2567. Cat. VII p. 213. Zeitschr. f. Assyriol. 25 (1911) 374 ss., 28 (1913) 340 ss.

2) cf. Cat. VIII 3 p. 99, 7, ubi *Συγκεφαλαίωσις τοῦ πρὸς Ἱεροκλέα Θρασύλλου πίνακος* edita est. Significo eam: Thrasylli Sum.

3) cf. initia capitis Hephaestionis primi p. 46 s. et prooemii Antiochi-Rhetorii Cat. I p. 142. Schol. Arat. v. 545. p. 446. Ptolem. p. 8, 7.

usum esse certum est. Tamen nihilo minus pro certo habeo eum praeter nomen *ζυγοῦ* etiam nomen *χηλῶν*[1]) septimo signo attribuisse, quamquam apud plurimos scriptores pedestres ut Vettium Valentem, Sextum Empiricum, Firmicum, Paulum Alexandrinum id frustra quaeres et Catalogi volumina perscrutans id in uno tantum capite Anonymi cuiusdam in volumine VII p. 129 ss. edito invenies. Neque vero praetereundum est siglis pro zodiaci partibus iam pridem adhibitis fieri potuisse, ut genuina memoria in hac re obrueretur. Sed hoc ipsum caput, quo de Solis et Lunae defectionibus agitur, ex Nech.-Petosiridis opere fluxit. Cuius capitis partem priorem Hephaestio capite I 21 p. 82 *Ἀποτελέσματα τῶν γινομένων ἐκλείψεων καὶ τῶν κομήτων* inscripto (cf. Nech. Pet. frg. p. 334) excerpserat, ex quo Krollius (N. J. p. 574 ss.) aetatem Aegyptii illius conclusit. Anonymus et Hephaestio non ad verbum inter se consentiunt, sed Anonymus, qui totum caput excerpsit, exemplum accuratius exhibet.[2]) Nomina signorum sunt ea, quae Petosiridea esse supra probavi atque etiam apud Hephaestionem idem ordo signorum servatur, cum Anonymus ordinem mensium anni Romani secutus a Capricorno i. e. signo Ianuarii initium faciat. In ambobus capitibus nomen *χηλῶν* praeter nomen *ζυγοῦ* servatur: p. 137, 19[3]), praeterea ab Anonymo solo p. 139, 1, 9, 147, 32, 148, 32, cum Hephaestio exemplaris textum brevioribus verbis reddat et posteriorem capitis partem consulto omittat (l. l. p. 129). Similiter Hephaestio in capite sequenti 22: *περὶ τῶν ἐν ταῖς ἐκλείψεσι σημείων*, quod ipsum quoque ex Nech.-Petosiridis libris sumptum est (cf. frg. p. 340 ss.), nomine *χηλῶν* utitur p. 90, 15 (*ἐν χηλαῖς δὲ* . . .), ubi in codice Parisino 2501 correctum est: *ἐν Ζυγῷ δὲ* . . . (Cat. VIII 2 p. 55).

Ptolemaeus septimum hoc signum saepius[4]) *χηλάς* (8 v, 27; 9, 15; 10 v, 11; 11, 15; 29, 32; 11 v, 1; 12, 11, 14; 24, 16; 24 v, 26; 38, 3) quam *ζυγόν* (11 v, 28; 18, 10; 19, 20; 48, 34) nominat.[5]) Ratio accurata numerorum constitui non potest, cum

---

1) Astronomos Graecos ut Eudoxum, Aratum, Hipparchum cum Babyloniis antiquis undecim tantum astra vel constellationes in duodecim zodiaci partes ita distribuisse, ut septimo signo chelas scorpii, octavo scorpium reliquum attribuerent, notum est. cf. Ps.-Erat. p. 9. Boll Sph. p. 186, 2. Rieß P.-W. II. 1808. Teuc.-Rhet. Cat. VII p. 204, 15: *συνήντηκε* (i. e. ortus est) *δὲ Ζυγὸς ἀπὸ τῶν τοῦ Σκορπίου χηλῶν, ἔχει δὲ καὶ δισώμου δύναμιν διὰ τὰς πλάστιγγας.*

2) cf. vol. I. p. 130.

3) cf. etiam cod. Paris. 2501 Cat. VIII 2 p. 53: 85. 24.

4) Unde Bouché-L. (p. 142, 1) Ptolemaeum '*χηλαί* la constellation (*ἀστερισμός*) et *Ζυγός* le signe (*ζῴδιον*)' appellare cognoscat, intellegere non possum.

5) Cum ergo Ptolemaeus in Tetrabiblo ambobus nominibus usus sit neque Nech.-Petosiridi nomen *χηλῶν* ignotum fuerit, de Magna Syntaxi potius dixisse videtur librarius, qui in cod. Paris. 2501 ad signum Librae ab Hephaestione in capite I 1 descriptum haec protulit (Cat. VIII 2 p. 43 : 57, 1): *Τὸ δὲ μετὰ τὴν Παρ-*

saepissime in editionibus signum ♎ pro nomine positum sit[1]) (e. g. p. 11, 11; 16, 16).

Poetas rei metricae aut dictionis poeticae causa variis nominibus signorum usos esse mirum non est. Ita 'Chelae' occurrunt apud Manilium e. g. II 179, in Manethonianis II 136, III 15, VI 385 praeter *ζυγόν* IV 25, in Dorothei[2]) versu 54 p. 94.

Ceteras omnes variationes afferre longum est, pauca exempla rem illustrant. Apud Manilium Aries compluribus locis fit Laniger, cuius verbi casus melius ad metrum accommodari possunt, Virgo est Erigone, filia Icarii, Sagittarius est Arcitenens vel Centaurus, Aquarius est iuvenis aequoreus (II 558).

Pro *χηλαῖς πλάστιγγες* (scil. *τοῦ ζυγοῦ*) ponuntur a Dorotheo v. 55, a Manethone II 137, IV 242.

A Dorotheo *Κριός Ἀρνεῖος* (98), *Δίδυμοι Κασίγνητοι* (323) dicuntur. Pro incommoda voce '*Παρθένος*' aut '*Παρθενική*' (66, 69 etc.) aut '*Κούρη*' (78, 288) legitur, *Τοξότης* locum dat *'Οιστευτῆρι* (290) vel *Τοξευτῇ* (77, 209) vel *Τοξευτῆρι* (334), quod verbum etiam in Manethonianis invenitur (II 139).

CAPUT II

DE SIGNORUM QUALITATIBUS

Mathematici, ut de fatis singulorum hominum totorumque populorum, de bello, pace, pecudibus, tempestate omnibusque rebus ad vitam hominum spectantibus praedicere possent, duodecim signis quam plurimas qualitates attribuerunt, quae, quo erant magis variae, eo maiorem varietatem vaticiniorum efficiebant. Neque res magni laboris erat, nam aliae e solis circuitu fluxerunt, aliae e specie, forma, nominibus signorum ductae sunt, aliae aliis rationibus inventae sunt.

A. DE CLASSIBUS SIGNORUM CAUSIS PHYSICIS INTER SE CONIUNCTIS

Cum Sol per signa currens quattuor anni tempora distingueret, astronomi et astrologi zodiacum in terna signa verna (*ἐαρινά*: Ar. Tau.

θένον δωδεκατημόριον ὠνόμασαν οἱ παλαιότεροι πάντες Ζυγὸν καὶ τούτου σημεῖον ποιοῦνται τόδε ♎, *ὁ δὲ Πτολεμαῖος χηλὰς καὶ τὸ σημεῖον αὐτοῦ τοιόνδε* ♎ (with χ above). Cf. de Ptolemaei ratione Boll, Sph. p. 186, 2 et edit. Heibergii, e. g. I 2 p. 106.

1) p. 7, 5 legis: *τῶν δὲ χηλῶν τοῦ* ♎ dictione permixta: *τοῦ Ζυγοῦ* om. codd. Bollii MS, fort. recte: *τοῦ Σκορπίου* scribunt L et Heph.

2) In duobus Dorothei versibus (70, 82) vocis '*ζυγός*' prima et brevis (v. 157, 246, 289, 331) syllaba eis locis usurpatur, quibus syllaba longa metri causa postulatur. Fieri potest, ut in codicibus ibi signorum characteres exstiterint et hic quoque formas vocis '*χηλαί*' poni oporteat. Sed etiam alibi syllabae incertae inveniuntur: *ἴσος* v. 3, 35 etc., *ῑσος* v. 10, 14 etc., *Ἄρης*: ⏑ – v. 11, 21, 37, 99. – – v. 32, 35; haec tamen poetis epicis sollemnia.

Gem.), aestiva (θερινά: Canc., Le., Vi.), autumnalia (μετοπωρινά: Li., Sco., Sag.), hiberna (χειμερινά: Capr., Aqu., Pi.) diviserunt.

Ab hac disciplina altera separari non potest, qua quaterna signa tropica (τροπικά), solida (στερεά), duplicia (δίσωμα) discernuntur. Signa tropica sunt prima uniuscuiusque illorum ordinum, solida media, duplicia ultima signa. — Haec tabula ordines illustrat:

signa	trop.	sol.	dupl.
verna	Ar.	Tau.	Gem.
aest.	Canc.	Leo	Vi.
aut.	Li.	Sco.	Sag.
hib.	Capr.	Aqu.	Pi.

De his ordinibus conferas:

Nech.-Petos.? (οἱ παλαιοί)-Heph. Cat. VIII 2 p. 113, 10 cit.[1])

Serapion.[2]) Cat. I p. 100, 12, 16 s., 101, 1 ss., 102, 8 s., V 1, 180, 3 ss.

Thrasylli Sum. Cat. VIII 3 p. 99, 6, 100, 2 cit.

Teuc.-Rhet. Cat. VII p. 194, 16—211, 4.

Brit. Pap. 130 lin. 83 cit. Tau. στερ.

Ptolem. p. 7 v.: περὶ τῆς τῶν ὡρῶν καὶ δ' γωνιῶν δυνάμεως. p. 8 v.: περὶ τροπικῶν καὶ ἰσημερινῶν καὶ ⟨στερεῶν καὶ⟩ δισώμων ζῳδίων.

Vett. Val. cap. I 2 p. 6, 20; 5, 23—13, 1.

Doroth. v. 299 ss. cit.

Sext. Emp. cap. 10, 11 p. 730.

Antioch.-Rhet. Cat. I p. 143, 9 ss. cf. Antioch.-Isag. Sum. Cat. VIII 3 p. 112, 7 s., 14 s.

Maneth. IV 275 cit. Ar. εἰαρόεντα; II 382, III 41, 144 cit. trop. VI 359 s. cit. trop. sol.

Firm. fragm. II 10: De moribus signorum et natura p. 52, 14, 20 ss., 53, 16; cf. p. 70, 20 ss.

Paul. Al. περὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων A v—A 4 v.
περὶ τροπικῶν ζῳδίων A 4 v.

Heph. cap. I 1: περὶ τῆς τῶν δώδεκα μορίων ὀνομασίας τε καὶ δυνάμεως p. 47, 9 — 65, 27. Ad Leon. nomen στερεόν et in Engelbr. edit. p. 53, 30 et in cod. Par. 2501 Cat. VIII 2 p. 41 omissum est.

1) Saepissime auctores de singulis doctrinis et ordinibus non fusius agunt, sed eis locis, quibus de aliis rebus agunt, eis utuntur et signa, quae cum eis coniuncta sunt, omittunt vel partem quandam citant. Hos auctores significo: cit.

2) Serapion hic Antiochenus vel Alexandrinus Hipparchi discipulus fuisse videtur. cf. Cat. V 1 p. 179 n. 2. Fragmenta eius vide Cat. I p. 99, 101, V 1 p. 179, V 3 p. 87, 96.

Iulian[us] Laodic[ensis]?[1])-Palchus[2]) Cat. V 1 p. 187, 7 ss.

Tropica signa ea esse, in quibus Sol tempora anni mutet (τροπὰς ποιεῖ), auctores nostri tradunt[3]) Ptolemaeo excepto, qui (l. l. p. 8 v. 21 ss.) verius duo tantum signa, Cancr. et Capric., tropica esse affirmat[4]), quod in eorum initio[5]) Sol cursum suum in contrarium dirigit et aestatem vel hiemem facit, reliqua duo signa, Arietem et Libram, aequinoctialia nominat (26), quod Sole in eorum initiis constituto dies et noctes aequales sunt. Ei autem, qui quattuor tropicis signis utuntur, Arietem et Libram aequinoctialia (ἰσημερινά) nominant et ipsi (cf. supra testes).

Unde cetera octo signa in quaterna solida et duplicia divisa nomina duxerint, Ptolemaeus (ibid. l. 31 ss.) et Antioch.-Rhetorius (Cat. I p. 143 16, ss.) tradunt. Quamquam ei soli fere de his rebus fusius agunt, tamen etiam Nech.-Petosiridem similibus rationibus ordines constituisse existimo. In eis signis, quae στερεά nominantur, aeris temperaturae in signis tropicis vel aequinoctialibus ortae constantes et quasi stabiliores fiunt (cf. Ptol. στερεώτερον p. 9, 2; Ant.-Rhet. σταθερώτερον l. l.). Signa, quae dicuntur δίσωμα, inter signa solida et tropica vel aequinoctialia sita itaque duplicis qualitatis (solidae et tropicae) participia esse artificiosius quam verius (scilicet ut rem physica quadam ratione explicet) Ptolemaeus statuit, quem Antiochus sequitur. Quamquam enim haec signa δίσωμα, quae so-

---

1) Iulianus Laodicensis saeculo V exeunte floruit et librum fecit, qui Ἐπίσκεψις ἀστρονομική inscribitur cf. Cat. V 1 p. 187 n. 1, IV 99 ss., Boll, P.-W. s. v.

2) Palchus ci. a. 500 opus astrologicum composuit. cf. Cat. V 1 p. 171.

3) cf. imprimis Antioch.-Rhet. Cat. I p. 143, 12. Sext. Emp. cap. 11 p. 730. Firm. p. 53, 9.

4) cf. Thrasylli Sum. Cat. VIII 3 p. 99, 5: καὶ τὰ μὲν ἰσημερινά, τὰ δὲ τροπικά (sc. ζῴδιά ἐστιν = 2 et 2).

5) De partibus, in quibus anni tempora incipiant, astrologi et astronomi (cf. Boll, Sph. p. 62, 64, 1, 247, 319, 338) non consentiunt. a) In parte prima praeter Ptolemaeum initium ponunt: Firm. p. 53, 11: ver enim tunc initiatur, cum primam eius signi partem Sol fuerit ingressus. — Paul. Alex., qui ad signum Geminorum haec verba facit A 2 v.: ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τριζῳδίᾳ ἀπαρτίζεται ἡ τῆς ἐαρινῆς ὥρας τροπή, [ἥτις καλεῖται ἔαρ] ut tempus veris zodiaci partes Arietis 1 usque ad Geminorum 30 complectatur. Cf. signa Virg., Sag., Pisc. ibid. — Teuc.?-Rhetor. Cat. VII p. 219, 19: οἷον ἐν Καρκίνῳ μὲν ὁ Ἥλιος ποιεῖται θερινὴν τροπὴν περὶ μοῖραν πρώτην κτλ. — Manil. I 610 ss. qui colurum aequinoctialem inter arctos et chelas transire (v. 610: dividit arctos | et iuga chelarum) et 'fines' (v. 615) i. e. primam partem Arietis notare, colurum solstitialem Geminos et Cancrum separare (v. 622 . . . geminis cancrum dirimit) et Capricornum (in prima parte) 'tangere' (v. 625) dicit. cf. III 681 s. — b) Praeter hanc doctrinam Manilius (III 680 s.) duas alias novit. Alterius, secundum quam initium fit in octava parte, testes sunt Manilius ipse (III 257), aequalis eius Thrasyllus (cf. Sum. Cat. VIII 3 p. 99, 6 s.), Vettius Val., qui aequinoctium vernum in hac parte Arietis ponit (p. 6, 5), Manetho II 72—74 κύκλος δ' ὅστε τρέπει θέρεος πυριλαμπέος ὥρην, ἀστέρι δινεύοντι περιγράφεται κατ' Ὄλυμπον Καρκίνου ὀγδοάτης μοίρης ἔπι παμφαίνοντι. [Cf. etiam praeter alia quae in Sphaera l. l. citavi, Mart. Cap. VIII 824, 828; Colum. IX 14, 12. F. B.] — c) Alterius, qua decima pars laudatur, exemplum praeter Manilii l. c. non inveni; neque tertiae, quae duodecimam praefert (Achill. p. 54, 18 M). — d) De initiis a Manilio in mediis duplicibus signis constitutis cf. infra p. 17.

lida sequuntur, Latine melius non biformia (B.-L. p. 153), sed duplicia[1]) nominanda sunt, omnia haec signa ne Virgine quidem omissa δίσωμα quoque esse infra videbis (p. 33).

Neque tamen Ptolemaeum haec invenisse testis est Manilius poeta qui II v. 159—96 de signis 'binis' i. e. biformibus Geminorum, Sag., Capr., Pisc. disserens addit v. 175: 'quin etiam Erigone binis numeratur in astris, nec facie, ratione duplex; nam desinit aestas, incipit autumnus media sub Virgine utrimque.'

Manilium — solum ex omnibus astrologis — tempora anni iam in duplicibus signis mediis incipientia facere (II 175—96, 265—69) facile intellegi potest. Nam haec signa non ad unum tempus anni, sed ad duo spectant. In libri autem tertii versibus 618—82 tempora anni in signis tropicis incipere exponit.

B. DE SIGNIS MASCULINIS ET FEMININIS

Cum omnia animalia et di ipsi masculino et feminino sexu inter se differant, mirum non est astrologos signa masculina et feminina discrevisse.

I. Itaque sunt signa
masculina: Ar., Gem., Leo, Li., Sag., Aqu.
feminina: Tau., Canc., Vi., Sco., Capr., Pi.

Cuius ordinis testes sunt:

Manil. II 150—54.

Oxyrh. Pap., in qua genus quinque signorum profertur:
masculina: Li. (l. 8), Sco. (falso[2]) l. 12), Sag. (l. 10), Aqu. (l. 14).
feminina: Tau. (l. 9).

Teuc.-Rhet. Cat. VII p. 194, 16—211, 3.

Brit. Pap. n. 130, in qua Aries masculinus (l. 61), Taur. fem. (l. 83) designatur.

Ptol. p. 9: *περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ζῳδίων.*

Vett. Val. cap. I 2 p. 5, 23—13, 1.

Sext. Emp. cap. 6, 7, 8 p. 729 s.

Antioch.-Rhet. Cat. I p. 144, 23—25: *περὶ ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν ζῳδίων καὶ ἀρρενουμένων καὶ τεθηλυμμένων τόπων*[3]) *καὶ ἀστέρων.* Cf. Sum. Cat. VIII 3 p. 105, 5 ss. et Antioch. Isag. Sum. ibid. p. 112, 18.

---

1) Firmicus signum Piscium II 10 duplex nominat (p. 53, 16) et alibi signa duplicia una cum tropicis et solidis profert cf. p. 70, 21.

2) Fieri non posse puto, ut auctor huius horoscopi alio quodam ordine usus sit. Signa masculina cum signis diurnis, feminina cum nocturnis aequari infra videbimus (C num. I).

3) Astrologi, qui post Nech.-Petosiridis tempora floruisse videntur (cf. Ptol. l. l. v. 18: *χρῶνται δέ τινες τῇ τάξει τῶν ἀρρενικῶν καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνατέλλοντος δωδεκατημορίου, ὃ δὴ καλοῦσιν ὡροσκόπον, τὴν ἀρχὴν ποιούμενοι*), rationes de signis masc. et fem. traditas cum duodecim locis coniunxerunt et aut loca I, III, V etc. masculina, cetera feminina (cf. Ptol. l. l. v. 23) aut quadrantes I, III masculinos, II, IV femininos esse (Ptol. l. l.; Antioch.-Rhetor. l. l.; Paul Alex. C 4 v.) docuerunt.

Porph. p. 194: *περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ζῳδίων.*[1])

Firm. II 10 p. 52, 14; 53, 16.

Paul. Alex. cap. 1 A v—A 4 v; A 4 v: *περὶ ἀρσενικῶν καὶ θηλυκῶν ζῳδίων.*

Heph. cap. I 1 p. 47, 8 (cod. Par. 2501 Cat. VIII 2 p. 38)—65, 27.

Signa masc. et fem. citantur in:

Thrasylli Sum. Cat. VIII 3 p. 99, 5.

Manethon. saepius, ut III 366 ss., VI 283, IV 509 ss., 515 ss.

Sexu animalium ipsorum, quae in signis collocata sunt, ordinem non esse decretum facile intellegi potest, sed auctores rationibus quasi philosophicis usos esse iam Bouché-Leclercqius (p. 154) statuit. Ptolemaeus masculinum et *ποιητικόν*, femininum et *παθητικόν* aequans masculina signa initium facere exponit (l. l.), cum *ποιητικῷ* maior vis quam *παθητικῷ* sit. Quae doctrina Stoicorum[2]) et imprimis Pythagoreorum[3]) est, qui ut e numero impari et pari omnes alios numeros compositos esse docuerunt, ita haec contraria in omnes res transtulerunt. Tum autem impar et par cum perfecto et imperfecto aequantes haec opposita in omnibus mundi contrariis ut in diebus et noctibus, masculinis et femininis etc inesse iudicaverunt. Quo factum est, ut signa imparia fierent masculina, signa paria feminina.[4])

II. Tempore quodam alter ordo constitutus est, quo Dorotheus usus est teste Hephaestione II 21: *περὶ τέκνων* (Cat. VIII 2 p. 88, 32 et Cat. VI p. 99, 35): *εἰ δὲ τὰ ζῴδια τὰ παρέχοντα τὰ τέκνα καὶ οἱ ἐπόντες ἀστέρες θηλυκῆς εἶεν φύσεως, θηλυκὰ ἔσται τὰ τικτόμενα. εἰ δὲ ἀρρενικὰ ἢ μεμιγμένα, ὁμοίως ἀρρενικὰ ἢ μεμιγμένα.* Quomodo signa masc., fem., promiscua vel communia i. e. masculina et fem. distributa essent, nusquam inveni, sed id concludi posse infra demonstrabo (cf. p. 22).

III. Astrologi non solum signa masc. et fem. discreverunt, sed nonnulli singulorum signorum partes in masculinas et femininas diviserunt. Duo ordines, qui inter se differunt, traduntur.

a) Vettius Valens capite I 12 p. 27 s.: *περὶ ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν μοιρῶν* et Sextus Empiricus (cap. 9 p. 730) ordinem quendam servant, quo sexus binarum

---

1) Etiam hoc caput (cf. infra append. II) Porphyrium ex Antiochi Isagoge sumpsisse eis verbis, quae in Summario Isagoges traduntur, verisimile fit:

Porph. p. 194, 44	Cat. VIII 3 p. 112, 18
Τὰ ἀρσενικὰ ζῴδια καθ' αἵρεσίν ἐστιν Ἡλίου, Διός, Κρόνου· ἔστι δὲ ἀρσενικὰ τὰ ἀπὸ τοῦ Κριοῦ ἓν παρ' ἕν. τὰ δὲ θηλυκὰ Σελήνης, Ἄρεως, Ἀφροδίτης· ἔστι δὲ τὰ ἀπὸ Ταύρου ἓν παρ' ἕν κτλ.	Antioch. *περὶ τῶν ζῳδ. διαλαμβάνει ... ἄρσενά τε ποῖα καὶ ποῖα θηλυκά, καὶ ὡς τὰ μὲν ἄρσενα τῆς ἡλιακῆς εἰσιν αἱρέσεως, τὰ δὲ θήλεα τῆς σεληνιακῆς.*

2) Cf. Zeller, Phil. d. Griech. III 1^4, 1909, p. 134.

3) ibidem I 1^5, 1892, p. 350 ss.

4) Cf. Sext. Emp. cap. 8 p. 730: ... *τὰ μὲν ἀρρενικά, τὰ δὲ θηλυκά. ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ οἱ Πυθαγορικοὶ κινηθέντες τὴν μὲν μονάδα ἄρρεν προσαγορεύουσι, τὴν δὲ δυάδα θῆλυ, τὴν δὲ τριάδα πάλιν ἄρρεν, καὶ ἀναλόγως τοὺς λοιποὺς τῶν τε ἀρτίων καὶ περιττῶν ἀριθμῶν.* — Paul. Al. l. l. A 4 v: *καὶ καθόλου εἰπεῖν, ὅσα περιττὸν ἀριθμὸν ἐκδέχεται, ἀπὸ πρώτου Κριοῦ ἀρχόμενα, ταῦτα ἀρσενικὰ νοείσθω, ὅσα δὲ ἄρτιον, ταῦτα θηλυκά.*

partium et dimidiae (Val.) vel duodecatemorii[1]) (Sext. Emp.) mutatur. Cum vero in unoquoque signo signum ipsum primum locum obtineat, primum duodecatemorion signorum masculinorum masculinum, primum femininorum femininum est. Haec tabula ordinem illustrat:

signa mascul.		signa femin.	
partes	sexus	partes	sexus
1—2½ 2½—5 5—7½ etc.	masc. fem. masc. etc.	1—2½ 2½—5 5—7½ etc.	fem. masc. fem. etc.

b) Ordinem singularem Firmicus praeter illam doctrinam supra expositam (p. 17 s.) capite IV 23 p. 271 ss. tradit. Quem cognoscis ex his exemplis:

Signa	partes masc.	partes fem.
Aries	1—7 13—16 23—30	8—12 17—22
Tau.	1—7 18—30	8—17

etc.

Quando hae doctrinae inventae sint, cognoscere nondum possumus. Quas e Nech.-Petosiridis libris non fluxisse pro certo habeo.

C. DE SIGNIS DIURNIS ET NOCTURNIS

Hac doctrina in angustias adducimur, cum nonnulli auctores ut Vettius Valens, Antiochus, Firmicus, Paulus Alex. vel nihil vel obscura praebeant, quamquam iam Manilii temporibus tres ordines in usu astrologorum erant (cf. II v. 203—22), et ei, qui signa diurna et nocturna adhibuerunt, inter se valde dissentiebant.[2])

I. Tamen iam Nech.-Petosiridem ordinem signorum diurnorum et nocturnorum constituisse credo eum, qui et cum ordine signorum masculinorum et femininorum illo Nech.-Petosiridis (cf. supra p. 17) congruit itaque eisdem rationibus philosophicis (cf. Ptol. supra p. 18) atque is nititur, et cum doctrina Nech.-Petosiridea, quae ad planetas in trigonis collocatos spectat (cf. infra cap. X), arte coniunctus est. Ceterum haec concinere cum Posidonii doctrina (cf. Theon. Smyrn. p. 43 *ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νύξ, ὥς φησι Ποσειδώνιος, ἀρτίου καὶ περιττοῦ φύσιν ἔχουσι*) monet Bouché-Leclercqius p. 155, quem citat Garrod, Manil. astron. liber II p. 85 ad v. 203.

1) cf. B.-L. p. 301 ss.

2) In Maneth. signa d. et n. citantur I v. 83, 167.


Manilius eum ordinem his versibus libri II 221 s. tradit: 'sunt quibus esse diurna placet, quae mascula surgunt; feminea in noctem tutis gaudere tenebris.'

Itaque sunt signa

diurna: Ar., Gem., Leo, Li., Sag., Aqu.

nocturna: Tau., Canc., Vi., Sco., Capr., Pi.

Praeter Manilium Teucer-Rhetorius eum ordinem servat (Cat. VII 194, 16—211, 3)[1]) et Ptolemaeus capite illo *περὶ ἀρρενικῶν καὶ θηλυκῶν ζῳδίων* p. 9, 10 ss. de eo disserit.



Sed etiam alios eum novisse concludi posse puto. Valens in capite II 1 p. 55: *περὶ τριγώνων* haec tradit (l. 12): *ὁ μὲν γὰρ Ἥλιος ... προσῳκειώθη Κριῷ Λέοντι Τοξότῃ, ὅπερ αὐτοῦ τρίγωνον προσωνομάσθη ἡμερινόν.*[2]) Cum hoc trigonum I diurnum nominetur et in trigono III (Gem., Li., Aqu.) planetae diurni, in trigonis II (Tau., Vi., Capr.) et IV (Canc., Sco., Pi.) planetae nocturni constituti sint, signa ipsa, quae ad trigona singula diurna vel nocturna spectant, diurna vel nocturna nominata esse concludo.

Idem ex eis verbis elucere puto, quae inveniuntur in Thrasylli Summario Cat. VIII 3 p. 100, 24 ss.: (Thras. *διαλαμβάνει*) *ὡς κεκλήρωται καθ' ἑκάστην αἵρεσιν ὁ Ἥλιος μὲν τὰ ἀρσενικὰ τῶν ζῳδίων, Σελήνη δὲ τὰ θηλυκά, καὶ ὡς δύο κεκλήρωται ἡ Σελήνη τρίγωνα, τό τε τοῦ Ταύρου, φημί, καὶ τοῦ Καρκίνου* (adde: *Ἥλιος δὲ τό τε τοῦ Κριοῦ καὶ τῶν Διδύμων.*)

et in Antiochi Isag. Sum. ibid. p. 112, 18: (auctor *διαλαμβάνει*) *ὡς τὰ μὲν ἄρσενα τῆς ἡλιακῆς εἰσιν αἱρέσεως, τὰ δὲ θήλεα τῆς σεληνιακῆς.*

II. Manilius ipse huic ordini eum praefert (II 203—17), quo bina signa finitima eodem sexu coniuncta sunt, ut tria paria diurna et tria nocturna habeas:

Signa diurna: Pi.-Ar., Canc.-Leo., Sco.-Sag.

nocturna: Tau.-Gem., Vi.-Li., Capr.-Aqu. (Cf. figuram.)

Hoc modo signa trigoni Arietis (Ar., Leo, Sag.) et Cancri (Canc., Sco., Pi.) diurna (cf. 211—14), signa trigoni Librae (Li., Aqu., Gem.) et Capricorni (Capr.,

---

1) Nomen *ἡμερινόν* ad Ariet. p. 194, 16 in codd. V et T, ad Sagitt. p. 206, 23 in cod. T, quem editor sequitur, omissum est. De cod. R, in quo totus ordo deest, conferas infra p. 21 num. V.

2) De hac doctrina ipsa conferas infra cap. X.


Tau., Vi.) nocturna sunt ob id, quod Aries et Cancer ea signa sunt, in quibus dies, Libra et Capricornus ea, in quibus noctes crescunt vel longissimae sunt.[1])

III. Quae rationes perfectiores in hoc tertio ordine occurrunt, qui Manilii versibus 218—20 libri II laudati et capitulo quodam anonymo — Heliodori teste Bollio — in Catalogi volumine IV p. 152, 18 ss. edito servatur:

Signa diurna: Ar., Tau., Gem., Canc., Leo, Vi.
nocturna: Li., Sco., Sag., Capr., Aqu., Pi.

Zodiacus in dimidium diurnum et dimidium nocturnum divisus est, quorum diurnum ea signa (Ar.-Vi.) complectitur, in quibus dies crescunt vel longiores quam noctes sunt, nocturnum ea, in quibus noctes imperium obtinent.

IV. Cui ordini is valde similis est, quem Hephaestio in capite I 1, quo duodecim signa describit, tradit (p. 47, 19—65, 28). Quamquam et in Engelbrechtii editione et in codice Parisino 2501 (Cat. VIII 2 p. 38 ss.) qualitas diurna vel nocturna nonnullorum signorum omissa est, tamen ordo perspici potest, cum initium et finis utriusque seriei exstent.



Signa diurna: Leo, Vi., ⟨Li.⟩, Sco., Sag., Capr.
nocturna: Canc., ⟨Gem., Tau.⟩, Ar., Pi., Aqu.

Fieri potest, ut alii quoque auctores hoc ordine usi sint et Hephaestio eos secutus sit. Neque vero sine veritatis specie esse puto Hephaestionem eum ex capite Ptolemaei *περὶ οἴκων*[2]) p. 10 duxisse, ubi auctor a Leone, domo Solis, et Cancro, domo Lunae, initium faciens totum circulum in *ἡμικύκλιον ἡλιακόν* (Leo usque Capr.) et in *ἡμικύκλιον σεληνιακόν* (Canc. usque Aquar.) dividit. Cum signa Solis, domini diei, ea sint, quae ab Hephaestione diurna nominantur, et signa Lunae, dominae noctis, cum signis nocturnis congruant, Hephaestionem hoc ordine Ptolemaeum imitatum esse conicio, praesertim cum libro primo et secundo passim Ptolemaeum excerpserit. Sed utut res se habet, ordinem nostrum ex ordine domuum ortum esse cum Bouché-Leclercqio (p. 157) pro certo habeam.


V. Restat, ut eum ordinem afferam, qui capitulo quodam servatur, quo nonnullae signorum qualitates (cf. caput sequens) collectae sunt et quod post excerpta illa Teucri-Rhetorii in codice Vaticano V et Berolinensi R traditur (Cat. VII p. 212, 14 ss.). Sed ordo hic quintus codice Berolinensi tantum, quo ad singula signa Teucri-Rhetorii excerptis descripta (ibid. p. 194—212) qualitates diurnae vel nocturnae non adiciuntur (cf. supra p. 20 adn. 1), traditus est[3]), cum codex Vaticanus eum ordinem praebeat, qui etiam in excerptis ipsis adhibetur (cf. supra p. 20).

Signa diurna: Ar., Canc., Leo, Sag.
nocturna: ⟨Gem.⟩[4]), Li., Cap., Aqu.
ἐπίκοινα: ⟨Tau.⟩, Sco., Vi., Pi.[5])

1) cf. Housman edit. Man. libri II, p. VIII.
2) De domibus stellarum cf. infra cap. VII. 3) cf. app. crit. ad l. 16.
4) Editor Bollius addidit, qui ab Anonymo quoque Ludwichii (post Maximum a Ludwichio editum impresso) p. 105, 6 s. hanc doctrinam exhiberi monuit.
5) Pro Piscibus Gemini iterantur fortasse errore typothetae.

Hic ordo illi numero II significato (cf. p. 20 s.) similis est et ex eo ortus esse videtur. Signa enim finitima Cancr.-Leon. sunt diurna, Capr.-Aqu. nocturna. Signa autem Piscium et Tauri, Virginis et Scorpii communia esse credo ideo, quod signis aequinoctialibus Arietis et Librae finitima ob eamque rem non pura signa diurna vel nocturna sunt (cf. Housman edit. Manil. l. II p. VIII).

Sed iam Hephaestionem hanc doctrinam tradere inveni. In capite eius III 21: *περὶ ἐπιτηδείων ζῳδίων καὶ Σελήνης ἐπιτηρήσεων εἰς καταρχήν* (Cat. VI p. 102, 14 ss.)[1] leguntur haec verba (l. 20): *ἐν δὲ ἡμεριναῖς πράξεσιν ἐπιτηρητέον τόν τε Κριὸν καὶ Λέοντα καὶ Τοξότην καὶ Καρκίνον* (signa diurna), *εἰ εἴη κτλ.· ἐν δὲ νυκτεριναῖς ὁμοίως τὰ διάμετρα τῶν ἡμερινῶν ζῳδίων ἐπισκοπητέον.* Signa diurnis contraria nocturna illa esse ex figura facile cognoscis. Signa communia et ab Hephaestione et ab Anonymo Ludwichii omitti nullius momenti est.



Cum Hephaestio tertio in libro imprimis Dorotheum excerpserit[2] et capitulo nostro nonnulli Dorothei versus (121—27) inserti sint, hoc loco Dorothei doctrinam proferri credo. Fortasse Hephaestio Cancrum loco postremo enumerat ob id, quod etiam Dorotheus eum metri causa postposuerat.

Hanc coniecturam eo confirmari puto, quod Dorotheum etiam signa sexu communia vel *μεμιγμένα* distinxisse supra vidimus (p. 18). Quae cum ita sint, Dorotheus signa Arietis, Cancr., Leon., Sag. esse masculina et diurna, signa Gem., Li., Capr., Aqu. feminina et nocturna, signa Tau., Vi., Sco., Pi. communia i. e. masc. + fem. et diurn. + noct. docuisse videtur eodem modo, quo alii signa Ar., Gem., Leon. etc. masculina et diurna, signa Tau., Cancr., Vi. etc. (cf. supra ord. I p. 17 et p. 19 s.) feminina et nocturna nominaverunt.

D. DE CETERIS SIGNORUM QUALITATIBUS

Hoc capite omnes eas qualitates quam accuratissime componam, quae ab astrologis e natura, figura, specie, habitu, sedibus singulorum animalium, quae in zodiaco collocata finguntur, ductae sunt. Imagines singulorum signorum in tabulis Bollii Sphaerae additis, in Bouché-Leclercqii libro illo p. 131—148, in Georgii Thiele opere, quod inscribitur: Antike Himmelsbilder (Berl. 1898) invenies.

Singulas qualitates collegi

primum ex eis capitibus, quibus iam ab astrologis numerus quidam qualitatum signorumque, quae ad eas spectant, collectus traditur ut

1. ex capite Anonymi cuiusdam (Cat. I p. 164 ss.): *περὶ τῆς ἐκ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν καὶ μορφώσεων ἐφηρμοσμένης τοῖς τοῦ ζῳδιακοῦ*

1) cf. Cat. VIII 2 p. 110, 30 ss.

2) cf. Engelbrecht p. 30.

τμήμασι διαφόρου προσηγορίας, quo eae qualitates proferuntur, quae maxime usitatae sunt et quas infra numeris 1—35 enumerabo. Auctorem ipsum significo littera **A**.

2. ex capite, quod inscribitur: *περὶ τῶν ζῳδίων λέγει ὁ Σαραπίων*[1]) *οὕτως*. Cat. V 3 p. 96,24—97,27: **B**.

3. ex capite ⟨Heliodori⟩, quod inscribitur: *διαφορὰ ζῳδίων μερική* Cat. IV p. 152,6—23: **N**.

4. ex versibus Manilii libri II 155—264: **D**.

5. ex parte prima Thrasylli Summarii (Cat. VIII 3 p. 99,4—100,5), ubi paucae tantum facultates signis omissis proferuntur: **C**.

6. ex Palchi capitis *περὶ ἀποδήμου ἀνακομιδῆς* parte priore, quae *κεφάλαια διάφορα χρήσιμα εἰς διαφόρους χρήσεις* dici potest (Cat. V 1 p. 187,7—188,10), quam ex Iuliani Laodicensis opere excerptum esse valde verisimile est (cf. ibid. n. 1). Ibi quae facultates hominum et quae res qualitatibus singulis signorum efficiantur vel quibus rebus singula genera qualitatum *ἁρμόζει* comperimus. Etiam in hoc capite nomina signorum omissa sunt. = Iul. Laod.? - Palch.: **M**.

deinde ex eis capitibus, quibus duodecim signa describuntur, ut:

7. ex excerptis illis Teucri[2])-Rhetorii Cat. VII p. 194,16—211,7: **E**.

Ex recensione codicis Berolinensis (R) laterculi facultatum duodecim signorum secundum codicem

7a. Laurent. 28,34 ab Arthuro Ludwich (Max. et Amm. rel. Lpz. 1877, p. 105—110) capite *περὶ ἐνεργείας τῶν ιβ' ζῳδίων* editi sunt (cf. Boll Cat. VII p. 196 et p. 212 app. crit. ad l. 16). Neque vero semper Anonymus hic Laurentianus: **F** cum excerptis illis consentit.

8. ex Vettii Valentis[2]) capite I 2 ⟨*περὶ τῆς τῶν ιβ' ζῳδίων φύσεως*⟩ p. 5,22—13,8: **G**.

9. ex Hephaestionis capite I 1: *περὶ τῆς τῶν δωδεκαμορίων ὀνομασίας τε καὶ δυνάμεως* p. 47,10—65,29; conferas etiam cod. Paris. 2501 Cat. VIII 2 p. 38—48: **K**.

10. ex Firmici fragmento II 10: ⟨de moribus signorum et natura⟩ p. 52,15—53,18 (sed etiam eas qualitates omnes profero, quae alibi laudantur): **L**.

Tum

11. ex Ptolemaei tetrabiblo: **H**.

12. ex Antiochi capitibus servatis, imprimis ex capite II Isagoges Summarii Cat. VIII 3 p. 112,15—18: **I**.

---

1) De Serapione cf supra p. 15 n. 2.

2) Teucrum et Vettium Valentem in his rebus communi fonte usos esse infra appendice I demonstrabo.

13. Sub littera **O** eos locos addo, quibus singulae qualitates a reliquis auctoribus laudantur.

De his rebus auctores ita inter se dissentiunt, ut quae qualitates ex Nech.-Petosiridis opere fluxerint, difficile sit probatu. Numerum

	signa	A Anon.	B Serap.	C Thras.	D Man.	E Teuc.	F An. L.	G Vett.
1	ἡγεμονικά	Ar., Leo, Sag.	= A	cit.[1])		= A + Ar. ἀνυπό-τακτον Leo δυσυ-πότ.	= A	= A
2	παρηγε-μονικά	Gem., Li., Aqu.						
3	ὑπο-τακτικά	Tau.,Canc., Vi., Sco., Capr.,Pi. = τὰ θηλυκά				Vi.	Vi., Li., Sco., Pi.	
4	ἀνθρω-ποειδῆ humana	Gem., Vi., Li., Aqu., Sag. (p.)[2])	= A cit. V 1, 179, 19, 180, 19	cit.	cit. 155	= A	= A	Vi., Li., Aqu.
5	θηριώδη ferina	Tau., Leo, Sco.	Tau., Leo, Sco., Sag. (p)[2]), Capr.	cit. θηριό-μορφα	cit. 156	Sag. (p.), Capr.	108,4: Leo, Sco., 110,2 Sag.	

ad 1 A. p. 165, 8: *εἴρηται δὲ ἡγεμονικά, ἐπεὶ Ἡλίου καὶ Διὸς ταῦτα λέγεται εἶναι, φανερὸν δὲ ὅτι οὗτοι τῶν λοιπῶν ἀστέρων ἡγοῦνται.* Sol in hoc primo signorum trigono die dominatur, Iuppiter nocte (cf. infra cap. X). Sol et Iupp. ibi constituti *βασιλικὰς καὶ ἡγεμονικὰς ἀξίας ἀποτελοῦσιν,* in trigono *παρηγεμον.* constituti *τὸ τῆς ἀξίας εἶδος* diminuunt, maxime in trig. *ὑποτακτικοῖς* (ibid. l. 22 ss.).

1) Eos auctores, qui qualitates citant tantum, sed signa omittunt, etiam hic significo: cit.

2) 'p' hic et infra saepius significat: partim = ἀπὸ μέρους. Sagittarius si-

Anon. = Anon. Cat. I p. 165 s. Serap. = Serap. V 3 p. 96 s. Thras. = Thrasyll. VIII 3 p. 99 s. Man. = Manilius l. II. Teuc. = Teuc.-Rhet. VII 194—212. An. L. = Anon. Laur. ap. Ludw. 105 ss. Vett. = Vettius Val. p. 5—13. Ptol. =

quendam — ut paucis dicam — ibi iam exstitisse pro certo habeo, eas puto qualitates, quae apud plurimos auctores occurrunt et quas a facultatibus numeris 1—35 significatis non valde abhorrere ex tabulis additis cognosces.

H Ptol.	I Ant.	K Heph.	L Firm.	M Iul. Laod.	N Hel.	O Varii
cit. p. 9, 28				τὸ διὰ Κριὸν Λέοντα Τοξ. τρίγωνον βασιλεῦσι		
				τὸ διὰ Διδ. Ζυγ Ὑδροχ. τρίγωνον ἄρχουσι		
		Vi., Li., Sco., Capr., Aqu., Pi.		ὑπηρεσίαις		
cit. 32, 13, 51, 24, 52, 28	cit.	= A	cit. 109, 14 etc.			Paul. Al.: Gem. A 2 v Maneth. VI 446 cit.: βροτοειδές Dor.-Heph. ἀνθρωπόμορφα V 3, 84, 10. Dor.-Anon. II 158, 3: Gem., Li., Sag., Aqu.
cit. 20 v, 32, 32, 7, 52, 15			cit. vol. II 102, 6 etc.		Tau., Leo, Sco., Sag., Capr.	Dor.-Heph. VI 97, 9

ad 2 A. *παρηγεμονικὰ δὲ λέγεται ταῦτα, ἐπεὶ Κρόνου καὶ Ἑρμοῦ τυγχάνει, οὗτοι δὲ Ἡλίου καὶ Διὸς ἥττονες τῇ δυνάμει ὑπάρχουσι.* Saturnus in hoc trigono dominus diei, Merc. noctis est (cf. infra cap. X).

ad 3 A. Haec signa feminina sunt, signa *ἡγεμ.* et *παρηγ.* masculina. Genus masculinum feminino superius esse putatur.

ad 4. Signa humana ea sunt, in quibus figurae hominis vel homi-

gnum est ʻpartim' humanum *διὰ τὸ ἀνθρωπεῖον σῶμα* (An. A) vel quia Centaurus i. e. ex homine et equo compositus existimabatur.

Ptolem. Ant. = Antioch. Sum. Isag. VIII 3 p. 112, 14 ss. (et alibi). Heph. = Hephaest. p. 46—65. Firm. = Firmic. frag. cap. II 10 p. 52 s. (et alibi). Iul. Laod. = Iulian. Laod.?-Palchus V 1, 187 s. Hel. = Heliodorus IV 152. Varii = Varii auctores.

num collocatae finguntur. Librae signum humanum est, quia libram ab homine teneri finxerunt permulti. cf. Boll, Sph. tab. VI; sed II, III.

Discernunt accuratius

	ἀνθρωποειδῆ	et ἀνθρωπόμορφα
Teuc.-Rhet.:	Gem., Vi., Li., Aqu.	Sag. (et θηριῶδ.)
Vett. Val.:	Vi., Li.	Aqu.
Heph.:	Gem., Vi., Li.	Sag. (p.), Aqu.
Ptol.:	cit. 32, 13.	cit. 20 v, 28; 47, 9.

	signa	A Anon.	B Serap.	C Thras.	D Man.	E Teuc.	F An. L.	G Vett.
6	τετράποδα quadrupedia	Ar., Tau., Leo, Sag.	cit. V 1, 180, 20	cit.	= A	= A	= A	cit. 74, 30
7	χερσαῖα terrena terrestria	Ar., Tau., Gem., Leo, Vi., Li., Sco.	= A et Sag. (p.) cit. V 1, 180, 20	cit.	Ar., Tau., Leo, Sco. 226 ss.	Ar., Tau., Sag.	Ar., Tau., Gem., Leo, Vi., Li., Sag.	Ar. sed 335, 33 cit. χερσαῖα
8	κάθυγρα aquatica	Canc., Pi. ↑ ἔνυδρα	Canc., Capr., Aqu., Pi.		Canc., Pi. 223 ss.	Sag., Capr., Pi.	Canc., Capr., Pi.	Sag., Capr., Pi.
9	πάρυγρα humida	↓ Sag., Capr., Aqu.	Leo!, Sag., Capr., Aqu.	cit. ἔφυδρα				Aqu., Pi.
10	ἀμφίβια	Canc., Capr.	= A	cit.	communia Capr., Aqu. 230 ss.	= A	109, 19 = A 106, 9 Tau.!, Canc., Sco.!, Capr.	Canc.

ad 6. Signa, in quibus animalia quadrupedia habitant. Antiochus vel potius librarius Capric. cum Sag. commutavisse videtur, nisi forte de Capra cogitavit.

ad 7. Sunt animalia, quae in terra (χερσαίῳ) vivunt; neque vero ullus auctor omnia enumerat, velut Manilius signa humana excludit.

Ptolemaeus inter signa χ. discernit p. 20 v, 28: ἀνθρωπόμορφα (for-

Anon. = Anon. Cat. I p. 165 s. Serap. = Serap. V 3 p. 96 s. Thras. = Thrasyll. VIII 3 p. 99 s. Man. = Manilius l. II. Teuc. = Teuc.-Rhet. VII 194—212. An. L. = Anon. Laur. ap. Lud. 105 ss. Vett. = Vettius Val. p. 5—13. Ptol. =

ad 5. Signa, quorum nomina a bestiis tracta sunt. Mirum est, quod Val. et Heph. ea omittunt, cum humanorum signorum mentionem faciant.

Ptol. nominat θηριώδη (l. l.) et ἥμερα p. 21, 1, Manil. 156 pecudes et feras, Firm. vol. II 135, 20 ferina et agrestia.

ad I. In Antiochi Sum. p. 112, 16 signa βλοσυρά commemorantur. Quae eadem esse atque θηριώδη conicio.

H Ptol.	I Ant.	K Heph.	L Firm.	M Iul. Laod.	N Hel.	O Varii
cit. 9, 28, 32, 6, 47, 10, 52 v, 5	Ar., Tau., Leo, Capr.! VII 113, 6	Leo, Sag.	Ar. cit. 109, 17			Maneth. cit. VI 415, V 320, Doroth.-Heph. V 3, 84, 11
cit. 9, 28, 20 v, 30 etc.		Ar., Tau., Leo, Sco., Sag.	cit. 109,20, 121, 22	γεωργοῖς		Maneth. cit. VI 419
cit. 47, 13, 51, 20 etc.		Canc.				Dor.-Anon. cit. V 3, 84, 14, Maneth. cit. VI 484. ὑγρά vel πάν-υγρα V 149, VI 362,422. Paul. Al. cit. ὑγρά M 3 v.
			Pi. cit. vol. II 259, 29			Paul. Al. cit. M 3 v.
		= A			= A	

tasse Gem., Vi., Li., Aqu.), τετράποδα (fortasse Ar., Tau., Le., Sag. cf. n. 6), ἑρπυστικά (reptilia ut Canc.).

ad 8—10. Signa eorum animalium, quae aut in aqua (n. 8) aut ad aquam vivunt vel leviter cum aqua coniuncta sunt (n. 9) ut Aquarius, qui aquam ex amphora effundit. Quem Manilius in numero signorum 'communium' habet.

Ptolem. Ant. = Antioch. Sum. Isag. VIII 3 p. 112, 14 ss. (et alibi) Heph. = Hephaest. p. 46—65. Firm. = Firmic. frag. cap. II 10 p. 52 s. (et alibi). Iul. Laod. = Iulian. Laod.?-Palchus V 1, 187 s. Hel. = Heliodorus IV 152. Varii = Varii auctores.

Anon. A omnia haec signa *ἔνυδρα* appellat, sed adscribit (p. 165, 34): *ἔνυδρα δὲ ἐκλήθησαν ὅσα ἐν ὕδασιν ἢ παρ' ὕδασιν ἢ μέρος τι ὕδατος ἔχουσιν Ἰχθ., Καρκ., Αἰγ., Ὑδροχ., Τοξ.· ἐν ὕδασιν μὲν Ἰχθ., Καρκ., ὑπὸ μέρους δὲ Αἰγ. καὶ Ὑδροχ.· Αἰγόκ. μὲν διὰ τὸ οὐραῖον* (i. e. caudam piscis), *Ὑδροχ. διὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ* (-*τοὺς* cod.) *ἐκχεῖσθαι τὸν Ἠριδανὸν*[1]) *ποταμόν, Τοξ. δὲ διὰ τὴν Ἀργὼ τὸ πλοῖον*[2]) (cf. Val. p. 11, 4, Teuc.-Rhet. p. 206, app. crit. ad l. 23) *καὶ τὸ ὑποκείμενον πέλαγος*. Eadem de his tribus signis Serapion tradit p. 96, 32.

	signa	A Anon.	B Serap.	C Thras.	D Man.	E Teuc.	F An. L.	G Vett.
11	*φωνήεντα*	Gem., Vi., Li., Sag., Aqu.				Ar., Gem., Leo, Vi., Li., Sag., Aqu.	Ar., Tau., Gem., Vi., Aqu.	Li., Sag.
12	*ἡμίφωνα*	Ar., Tau. Leo, Capr.				Ar., Tau.; Capr. (T. V.)	Leo, Sag., Capr.	Ar.; Tau., Vi. cf. 13
13	*ἄφωνα*	Canc., Sco., Pi.				= A + Capr. (R)	Canc., Li., Sco., Pi.	Canc., Sco., Capr., Aqu., Pi., Tau., Vi. cf. 12

ad 11—13. Sunt animalia, quae aut lingua (n. 11; An. A: *ἐπεί ἐστιν ἀνθρωποειδῆ*) aut voce tantum (n. 12; An. A: *ἐπεὶ φωνὴν μὲν ἔχει ἄναρθρον δὲ καὶ ἄσημον*) praedita sunt aut utroque carent (n. 13).

14	*πολύσπερμα*	Ar., Tau., Pi.	*πολύσπορα* Canc., Sco., Pi. *πολύσπερμα* cit. V 1 p. 180, 1	cit.		*πολύσπορον* Sco.	= A	Sco.

1) Voce Eridani sidus fluminis significatur, quod prope Aquarium in caelo collocatum est. Eridanum ex eius amphora effundi alii quoque statuunt, cf. Boll, Sph. p. 134 ss.

Anon. = Anon. Cat. I p. 165 s. Serap. = Serap. V 3 p. 96 s. Thras. = Thrasyll. VIII 3 p. 99 s. Man. = Manilius l. II. Teuc. = Teuc.-Rhet. VII 194—212. An. L. = Anon. Laur. ap. Ludw. 105 ss. Vett. = Vettius Val. p. 5—13. Ptol. =

ad 8H. Ptolemaeus haec signa alio loco (p. 21, 9) νηκτά (signis alatis opposita; infra n. 27) nominat et discernit: θαλάττια (marina: Canc., Capr.) et ποτάμια (fluvialia: Aqu., Pi.).

Alibi (p. 39 v, 12) signa ἰχθυϊκά signis χερσαίοις opponit.

Hephaestio signum Pi. solum νηκτόν appellat p. 65, 28, itemque Anon. Laur. ap. Ludw. p. 108, 12.

ad 9 B, 10 F. Signa Leonis vel Tauri et Scorpii eicienda esse puto.

H Ptol.	I Ant.	K Heph.	L Firm.	M Iul. Laod.	N Hel.	O Varii
	cit.	Ar., Tau., Vi., Li., Aqu., Sag.	cit. 155, 28 vocalia			
		Leo, Capr.	cit. 143, 5 signa modicae vocis			
	cit.	= A	Pi. cit. vol. II 105, 1	ἐχεμυθίαις et σαλπιγ- κταῖς ἢ αὐ- ληταῖς κατὰ ἀντιπά- θειαν		

An. A signa recte distribuit, neque vero ceteri. Mirum est, quod Valens Virginem ἡμίφ. et ἀφ. nominat. Idem Valens signum Gemin. εὔφωνον appellat.

Canc., Sco., Pi. 49, 24 cit. πολύ- σπορα 9, 29	cit.					Paul. Al. cit. M 4 v 22

2) Astronomi sidus navis (πλοῖον) in Sagittario collocatum et sidus Argus noverunt, quae saepius confunduntur. Cf. Cat. II 168, 31, IV 181, 26; Boll, Sph. p. 140 ss., 170.

Ptolem. Ant. = Antioch. Sum. Isag. VIII 3 p. 112, 14 ss. (et alibi). Heph. = Hephaest. p. 46—65. Firm. = Firmic. frag. cap. II 10 p. 52 s. (et alibi). Iul. Laod. = Iulian. Laod.?-Palchus V 1, 187 s. Hel. = Heliodorus IV 152. Varii = Varii auctores.

	signa	A Anon.	B Serap.	C Thras.	D Man.	E Teuc.	F An. L.	G Vett.
15	πολύγονα fecunda	Canc., Sco., Pi.	= A	cit.	= A 236	Canc., Li., Pi.	= A	Canc., Pi. πολύχουν Sco.
16	ὀλιγόγονα	Sag. (lacuna)			Ar., Tau., Gem., Li., Sag., Capr. 240	Ar., Tau., Sag., Aqu. ὀλιγό-σπερμον Gem.	Ar., Tau., Leo, Aqu.	Ar., Tau., Sag., Aqu.
17	ἄγονα, στεῖρα sterilia	Leo, Vi., Capr., Aqu.	Tau., Vi., Capr. στειρώδη Vi., Leo.	cit.	Vi., Leo, Aqu. 238	Capr. ἄσπερμον Tau. στειρώδη Leo, Vi., Gem.	ἄγ. Capr. στειρώδη Gem., Vi., Sag., Capr.	Vi., Capr. στειρώδη Gem., Vi.
18	λάγνα, ἀσελγῆ libidinosa	Ar., Tau., Leo, Sco., Capr., Pi.				Ar., Tau., Leo, Capr., Pi., Li.	Ar., Tau., Capr., Pi.	Capr. sed ἀσελγῆ p. 335, 34
19	καθάρια pura	Gem., Vi., Li., Aqu.						

ad 14—17. Quae qualitates a vi gignendi vel pariendi ductae sunt cf. An. A p. 166, 3.

Animalia sterilia non ex toto sterilia sunt, sed unum tantum fetum procreant (cf. An. A p. 166, 5: λέγεται δὲ καὶ ὁ λέων (sc. ἄγονος) διὰ τὸ μονοτεκεῖν; Teuc.-Rhet. p. 201, 8 Leon. μονοτόκον nominat). Itaque Teuc.-Rhet. Geminos ὀλιγοσπέρμους et Taurum ἄσπερμον esse dicit non ideo, quod non multum vel nullum semen eiaculantur, sed quia femina vel vacca non multiplices fetus procreant.

ad 15 E. Signum Librae apud Teucr.-Rhet. est πολύγονον κατὰ τὸν Τράγον p. 205, 2. Hic haedus una ex duodecim illis bestiis est, quae sunt symbola δωδεκαώρου vel seriei duodecim horarum duplicium cf. Boll, Sph. p. 295 ss.

ad 17 D: Manilius ad Aqu. steril. v. 239:

Anon. = Anon. Cat. I p. 165 s. Serap. = Serap. V 3 p. 96 s. Thras. = Thrasyll. VIII 3 p. 99 s. Man. = Manilius l. II. Teuc. = Teuc.-Rhet. VII 194—212. An. L. = Anon. Laur. ap. Ludw. 105 ss. Vett. = Vettius Val. p. 5—13. Ptol. =

H Ptol.	I Ant.	K Heph.	L Firm.	M Iul. Laod.	N Hel.	O Varii
	cit.	γόνιμα Canc., Pi.	Pi.			
στειρώδη Leo, Vi. 49, 27	cit.	στειρώδη Leo, Vi., Sag., Capr. ἄσπορον Sco.				
Ar., Tau., Leo, Capr., 48 v, 10	Ar., Tau., Capr., Pi.; Li. (p.) Cat. I 147, 11	Leo	Ar.	ἀθυμίαις	= A	Astrol. anni 379 p. C. n. V 1 p. 206, 14: Tau., Leo, Sco., Capr.

nec capit aut captos effundit Aquarius ortus (i. e. partus, utpote qui Ganymedes habitus sit).

ad H 14, 17. Ptolemaei caput *περὶ τέκνων* p. 49, in quo haec signa *πολύσπ.* et *στειρ.* proferuntur, ex Nech.-Petosiride fluxit (cf. Kroll, N. J. p. 569, 2; Cat. VIII 2 p. 88, 23), ut has qualitates ibi exstitisse certum sit.

ad 18 E. Libra *κατὰ τὸν Τράγον* cf. 15 ad E. Hae qualitates, quae inter se contrariae sunt, a libidine et natura animoque animalium derivatae sunt et aliqua necessitudine cum numeris 14—17 coniungi possunt. Quamquam ad eandem rem spectant, signa *καθάρια* ab uno tantum auctore traduntur. Nescio an Firmicus, qui in fragm. II 10 p. 52, 17 Arietis signum libidinosum (*ἀσελγές*) et inpurum nominat, in fonte suo praeter inpura etiam pura signa invenerit.

Ptolem. Ant. = Antioch. Sum. Isag. VIII 3 p. 112, 14 ss. (et alibi) Heph. = Hephaest. p. 46—65. Firm. = Firmic. frag. cap. II 10 p. 52 s. (et alibi). Iul. Laod. = Iulian. Laod.?-Palchus V 1, 187 s. Hel. = Heliodorus IV 152. Varii = Varii auctores.

VITA

Natus sum, Carolus Darmstadt, die X mensis Ianuarii anni 1890 in vico prope Mogontiacum sito, cui nomen est Nieder-Olm, patre Michaele, matre Christina e gente Frey. Quos adhuc superstites esse laetor. Fidem profiteor catholicam. Elementis linguae Latinae a sacerdote vici nostri imbutus gymnasium Mogontinum per octo annos frequentavi. Ibi anno h. s. nono testimonium maturitatis adeptus sum. Deinde, ut studiis philologicis me dederem, per duo semestria universitatis Friburgensis civis fui. Vere anni 1910 Monacum et vere anni sequentis Monasterium Guestfalorum migravi. Inde, postquam per quattuor semestria studia mea continuavi, praeceptorem meum Vratislaviam vocatum secutus sum.

Initio huius belli arma cepi. Paulo post dimissus per hiemem a. 1914/15 sodalis Crucis Rubrae voluntarius stipendia feci. Deinde reversus aestate a. 1915 examen rigorosum et hieme a. 1915/16 examen pro facultate docendi superavi. Dum haec dissertatio sub prelo est, denuo militiam suscipio et totam commentationem post bellum confectum editurus sum.

Belli causa dissertatio prius imprimi non poterat.

Omnibus viris doctissimis, qui de ingenio meo excolendo bene meriti sunt, gratiam habeo debitam, imprimis eis, qui ad exercitationes philologicas, philosophicas, germanicas, historicas, archaeologicas comiter me admiserunt. Gratias maximas ago Guilelmo Kroll, qui ut haec studia astrologica adirem, me incitavit et in dissertatione conficienda benignissimo consilio et opera semper adiuvit. Neque minores ago gratias Francisco Boll, qui magna benignitate commentationem meam in *Στοιχεῖα* recepit et hanc dissertationem imprimendam summa benevolentia fovit.

Amicus meus Bruno Prehn, philosophiae candidatus, in plagulis corrigendis comiter mihi adfuit magnoque beneficio me obligavit.